

261.

Albert, Bischof von Meissen, ertheilt denjenigen, welche das Kloster an bestimmten Tagen besuchen und demselben sich mildthätig erweisen, 40 Tage Ablass. Wurzen, 1263 Juni 12.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 627. Das wohlerhaltene S. des Bischofs (vergl. Cod. dipl. Sax. II. 1, Tuf. II, 3) an Fäden von weißer und gelber Seide.*

A[lbertus] dei gracia Misnensis episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras suspecturis sinceram in domino karitatem. Quoniam originalis peccati maculis | deletis vivifico baptismatis sacramento candorem preciosissime innocencie non servamus, expedit, ut, in quibus superhabundavit iniquitas, superha|bundet et gracia, ut, qui per culpam
10 cecidimus, post penitenciam per elemosinas et ieiunia ac alia pia opera ad fontem gracie redeamus. | Et si ad inpe[t]randam pro delictis nostris veniam sanctorum quorumlibet patrocinia deprecamur, quanto diligentius illius matris misericordie graciā inplorare debemus, quam sanctorum omnium †angelorum^{a)} et hominum novimus dominam et reginam. Hec est enim, que multis filiabus comparata supergreditur universas, que graditur in multitudine
15 virtutis sue, versuciam^{b)} antiqui hostis subpeditat et prosternit. Quis ergo sane mentis hanc mediatricem dei et hominum digno non veretur obsequio, quis ipsi digna laudum preconia non inpendat, que iustis auget donum gracie, lapsis concedit donum venie, culpas lavat, maculas peccatorum diluit et abstringit. Ut eo autem diligentius in honore ac reverencia habeatur illa regina glorie, quam amantissimus filius eius nichil sibi denegans
20 honorat dominus Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum, nos omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum et nostra auctoritate confisi omnibus^{c)}, qui dominabus Cisterciensis ordinis foris Grimmis Merseburgensis dyocesis deo sueque matri ibidem famulantibus ad sustentacionem earumdem vel qui ipsarum cenobium in assumptione purificatione nativitate annunciacione et per octavas predictarum
25 festivitatum aut sollempnitatem beati Laurentii gloriosissimi patroni et dies dedicacionum antedicti cenobii cum debita reverencia visitaverint et manum porrexerint pietatis, quadraginta dies iniuncte penitencie et unam carrenam, dum tamen vere confessi et contriti fuerint, misericorditer relaxamus ratihabicione dyocesani, quia in ipsius dyocesi preter ipsius voluntatem non possimus quemquam solvere vel ligare. Datum Worcin anno
30 domini M° CC° LX° III°, pridie idus iunii, pontificatus nostri anno quinto.

(S.)

262.

Theoderich, Bischof von Naumburg, ertheilt denjenigen, welche den Nonnen in Grimma milde Gaben zum Neubau eines Klosters reichen, 60 Tage Ablass. Grimma, 1264 Juni 2.

35 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 639. Das S. des Bischofs an Pergamentstreifen.*

Theodericus dei gratia Nuwenburgensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus ad quos pervenerit presens scriptum salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus —. Cum igitur dilecte nobis abbatissa et conventus sanctimonialium in

261. a) angelorum auf Rasur. b) versuciam über der Zeile. c) omnibus über der Zeile.